



## BOLETIN ECLESIASTICO

DE LOS OBISPADOS DE

# SALAMANCA Y CIUDAD-RODRIGO.

---

### DECRETO PONTIFICO

**proclamando Doctor de la Iglesia  
á San Francisco de Sales.**

---

Quanto Ecclesiæ futurus esset decori et quantæ cœtui universo Fidelium utilitati S. Franciscus Salesius non solum Apostolico zelo, virtutum exemplo et eximia morum suavitate, sed scientia etiam et scriptis cœlesti doctrina refertis, sa: mem: Clemens PP. VIII prænuntiare visus est. Audito namque doctrinæ specimine, quod Salesius coram ipso Pontifice dederat ad Episcopalem dignitatem promovendus, eidem gratulans Proverbiorum verba usurpavit: «*Vade fili et bibe aquam de cisterna tua et fluenta putei tui, deriventur fontes tui foras et in plateis aquas tuas divide.*» Et sane dederat Dominus Salesio intellectum juxta eloquium suum: cum enim Christus omnes alliciens ho-

mines ad Evangelica servanda præcepta enunciasset: «*Jugum meum suave est et onus meum leve;*» divinum effatum S. Franciscus ea, qua pollebat caritate et copia doctrinæ, in hominum usum quodammodo deducens, perfectionis christianæ semitam et rationem multis ac variis tractationibus ita declaravit, ut facilem illam ac perviam singulis fidelibus cuicumque vitæ instituto addictis ostenderet. Quæ quidem tractationes suavi stylo et charitatis dulcedine conscriptæ uberrimos in tota christiana societate pietatis fructus produxere, ac præsertim Philothæ et epistolæ Spirituales, ac insignis et incomparabilis tractatus de amore Dei, libri nimirum qui omnium feruntur manibus cum ingenti legentium profectu. Neque in mystica tantum theologia mirabilis Salessii doctrina refulget, sed etiam in explanandis apte ac dilucide non paucis obscuris Sacræ Scripturæ locis. Quod ille præstitit cum in Salomonis cantico explicando, tum pro re nata passim in concionibus et sermonibus, quorum ope eam quoque laudem est adeptus, ut sacræ eloquentiæ dignitatem temporum vitio collapsam ad splendorem pristinum et Sanctorum Patrum vestigia et exempla revocaret.

Quamplures autem Sancti Gebennensis Antistitis Homiliæ, Tractatus, Dissertationes, Epistolæ præclarissimam ejus testantur in dogmaticis disciplinis doctrinam, et in refutandis præsertim Calvinianorum erroribus invictam in Polemica arte peritiam, quod satis superque patet ex multitudine hæreticorum, quos in sinum Ecclesiæ catholicæ suis ipse scriptis et eloquio reduxit. Profecto in selectis Conclusionibus seu Controversiarum libris, quos Sanctus Episcopus conscripsit, manifeste elucet mira rei theologicæ scientia, con-

cinna methodus, ineluctabilis argumentorum vis tum in refutandis hæresibus tum in demonstratione Catholicæ veritatis, et præsertim in asserenda Romani Pontificis auctoritate, jurisdictionis Primatu, ejusque Infallibilitate, quæ ille tam scite et luculenter propugnavit, ut definitionibus ipsius Vaticanæ Sinodi prælusisse merito videatur.

Factum proinde est ut Sacri Antistites et Eminentissimi Patres in suffragiis, in Consistoriali Conventu pro Sancti Espiscopi Canonizatione prolatis, non solum vitæ ejus sanctimoniam, sed potissimum doctrinæ excellentiam (multis laudibus exornarent, dicentes nimirum Franciscum Salesium sal vere Evangelicum ad saliendam terram et á Calviniana putredine purgandam, editum; et solem mundi qui in tenebris hæresum jacentes, veritatis splendore illuminavit, illique oraculum accomodantes «*qui docuerit sic homines, magnus vocabitur in Regno cælorum.*») Quinimo Summus ipse Pontifex s. m. Alexander VII Franciscum Salesium prædicare non dubitavit, tamquam doctrina celebrem ætatiq; huic nostræ contra hæreses medicamen, præsidiumque, ac Deo gratias agendas ait, «*quod novum Ecclesiæ intercesorem concesseret ad fidei catholicæ incrementum, hæreticorumque, et á via salutis errantium lumen et conversionem, quippe qui Sanctorum Patrum exempla imitans potissimum catholicæ religionis sinceritati consuluit, qua mores informando, qua sectariorum dogmata evertendo, qua deceptas oves ad ovile reducendo.*» Quæ quidem idem Summus Pontifex de præstantissima Salesii doctrina in Consistoriali allocutione jam edixerat, mirifice confirmavit Monialibus Visitationis Anneciensibus scribens: *Salutaris*

*lux, qua Divi Francisci Salesii præclara virtus et sapientia Christianum Orbem universum late perfudit.»*

Cujus Summi Antistitis sententiæ Succesor ejus Clemens IX accedens in honorem Salesii antiphonam á Monialibus dicendam probavit. «*Replevit Sanctum Franciscum Dominus Spiritu intelligentiæ, et ipse fluente doctrinæ ministravit populo Dei.*» Hujusmodi autem SS. Pontificum judicis adstipulatus etiam est Benedictus XIV, qui difficilium quæstionum solutiones et responso Sancti Episcopi Gebenensis auctoritate sæpe fulcivit, ac sapientissimum nuncupavit in Sua Constitutione *Pastoralis curæ*. Adimpletum igitur est in Sancto Francisco Salesio illud Ecclesiastici «*Collaudabunt multi sapientiam ejus, et usque in sæculum non delebitur, non recedet memoria ejus et nomen ejus requiretur á generatione in generationem, sapientiam ejus enarrabunt gentes et laudem ejus enuntiabit Ecclesia.*»

Idcirco Vaticani Concilii Patres supplicibus enixisque votis Summum Pontificem Pium IX communiter rogarunt ut Sanctum Franciscum Salesium Doctoris titulo decoraret. Quæ deinceps vota et Eminentissimi Santæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales pluresque ex toto Orbe Antistites ingeminarunt, et plurima Canoniorum Collegia, magnorum Lycæorum Doctores, Scientiarum Academiæ iisque acceserunt supplicationes augustorum Principum, nobilium Procerum, ac ingens Fidelium multitudo.

Tot itaque tantasque postulationes Sanctitas Sua benigne excipiens gravissimum negotium expendum de more commisit Sacrorum Rituum Congrega-

tioni. In Ordinariis profecto Comitibus ad Vaticanas aedes infrascripta die habitis Emi. et Rmi. Patres Cardinales Sacris Ritibus tuendis præpositi, audita relatione Emi ac Rmi. Cardinalis Aloysii Bilio Episcopi Sabinen. eidem S. Congregationi Præfecti et Causæ Ponentis, matureque perpensis Adnimadversionibus R. P. D. Laurentii Salvati Sanctæ Fidei Promotoris, necnon Patroni Causæ responsis, post accuratissimam discussionem unanimi consensu rescribendum censuerunt «*Consulendum Sanctissimo pro concessione, seu declaratione et extensione ad universam Ecclesiam tituli Doctoris in honorem Sancti Francisci de Sales cum Officio et Missa de Communi Doctorum Pontificum, retenta Orutione propria et Lectionibus secundi Nocturni.*» Die 7 julii 1877.

Facta deinde horum omnium eidem Santissimo Domino Nostro Pio Papæ IX ab infrascripto Sacræ Congregationis Secretario fideli relatione, Sanctitas Sua Sacræ Congregationis Rescriptum adprobavit et confirmavit, ac præterea Generale Decretum Urbis et Orbis expediri mandavit. Die 19, iisdem mense et anno.

A. EP. SABINEN. CARD. BILIO S. R. C. PRÆ-  
FECTUS.—PLACIDUS RALII S. R. C. SECRETARIUS.—  
Loco † Sigillii.

---

### CIRCULAR

anunciando la Bendicion Papal para el  
dia de la Inmaculada Concepcion  
de Nuestra Señora.

---

En virtud de las facultades que Nuestro Smo. Padre por su Breve de 19 de Enero de 1874, se ha dignado

conferir á Nuestro Illmo. Sr. Obispo para dar la Bendicion Apostólica en el dia de Pascua de Resurreccion y en otra festividad de cada año á su eleccion, ha acordado S. S. I. bendecir solemnemente al pueblo en nombre de Su Santidad el dia 8 del próximo Diciembre, fiesta de la Inmaculada Concepcion de Nuestra Señora, y conceder indulgencia plenaria y remision de todos los pecados á los fieles de uno y otro sexo, que verdaderamente arrepentidos y habiéndose confesado y recibido la S. Comunion, se hallasen presentes á dicho acto, que con el auxilio de Dios verificará en el espresado dia en dicha Sta. Basílica, terminada la Misa solemne de Pontifical.

Lo que de orden de S. S. I. se hace saber á sus amados Diocesanos, para que puedan aprovecharse de tan especial é inestimable gracia, encargando á los señores Curas Párrocos lo comuniquen oportunamente á sus respectivos feligreses.—Salamanca 19 de Noviembre de 1877.—*Dr. Ramon de Iglesias y Montejo, Srio.*

---

**Circular.**

---

Estando fuera de duda que el único medio eficaz para evitar los robos sacrílegos, es no tener en los templos los vasos sagrados y demás objetos que por su valor puedan excitar la codicia de los criminales, conviene recuerden los Párrocos y demás Eclesiásticos

encargados de las Iglesias, que se hallan en pleno vigor todas las disposiciones que para aquel fin han dictado nuestros dignos predecesores, y que habrá de caberles responsabilidad, si no adoptan las debidas precauciones para impedir nuevos atentados.

Salamanca 19 de Noviembre de 1877.—NARCISO,  
*Obispo de Salamanca y Administrador Apostólico de Ciudad-Rodrigo.*

---

## Collatio moralis pro die 18 Decembris.

---

### QUÆSTIO DOCTRINALIS.

Quid est humilitas, et quomodo inter virtutes cardinales ad temperantiam referatur.—Utrum in appetitione, vel affectu voluntatis, magis quam in iudicio rationis consistat. (*Conf. Div. Thom. 2—2, q. 161*).

### CASUS CONSCIENTIÆ.

Agripinus nixus, in eo quod cæmeterium pertineat ad municipium, tum propter rixas et tumultus vitandos, tum propter jura parochialia non amittenda,

omnibus peccatoribus sive publicis sive occultis impænitentibus sacrum sepelium concedit, et imprudentes judicat eos qui aliter sese ducunt.

Quær. 1.<sup>m</sup> ¿Quibus deneganda est sepultura ecclesiastica?

2.<sup>m</sup> ¿Quando polluitur cæmeterium, et quomodo reconciliandum est?

3.<sup>m</sup> ¿Quibus peccatis et censuris irretitur qui indignis concedit sepulturam ecclesiasticam?

4.<sup>m</sup> Resolutio casus.

### DE RE LITURGICA.

¿Quomodo se gerere debeat Sacerdos ad altare pergens, vel ab illo recedens, si per Ecclesiam obviam ei fiat alter deferens Sacramentum vel in Ostensorio patens, vel latens in Pixide?

---

### LIBROS DE FÁBRICA.

---

Están despachados los de las iglesias siguientes, cuyos Párrocos pasarán á recogerlos, ó comisionarán para ello á persona de confianza.



- Aldeadávila.
- Aldeaseca de la Frontera.
- Aldehuela de la Bóveda.
- Arapiles.
- Cabeza de Diego Gomez.
- Calvarrasa de Arriba.
- Calzada de Valdunciel.
- Carrascal de Barregas.
- Casafranca.
- Cereceda.
- Cilleros el Hondo.
- Coca de Huebra.
- Corporario.
- Encinas de Abajo.
- Encinasola de los Comendadores.
- Galinduste.
- Garcirey.
- Larrodrigo.
- Linares.
- Machacon.
- Mata de Armuña.
- Matilla de los Caños.
- Molinillo.
- Moscosa.
- Moraleja de Huebra.
- Mozarbez.

- Muelas.
- Nava de Sotrobal.
- Pajares.
- Parada de Arriba.
- Pozos de Hinojo.
- Rollan.
- Sando.
- Santa Maria de Sando.
- Sanmorales.
- Santibañez de la Sierra.
- San Pablo de Salamanca.
- Santa Maria de id.
- Sancti-Spiritus de id.
- Tejares.
- Trabanca.
- Valdecarros.
- Valverde Gonzaliañez.
- Villamayor.
- Yecla.
- Zarapicos.



SECRETARÍA DE CÁMARA  
de los Obispos de Salamanca y  
Ciudad-Rodrigo.

---

S. S. I. el Obispo mi Señor ha determinado, celebrar (Dios mediante) Ordenes generales menores y mayores en los dias 21 y 22 del próximo Diciembre, feria sexta y sábado de las Témporas de Santo Tomás. En su consecuencia, los aspirantes de esta Diócesis presentarán en esta Secretaría de Cámara, y los de Ciudad-Rodrigo en la de aquél Vicariato general con la debida antelación, la correspondiente solicitud, acompañada de los documentos necesarios.

Salamanca 20 de Noviembre de 1877.—*Dr. Ramon de Iglesias y Montejo, Srio.*

---

NECROLOGÍA.

---

Han fallecido los Sres. Presbíteros D. Alonso Martín Maillo, párroco de Tamames; D. Manuel Dávila, que lo era de Sanchon de la Sagrada; D. Manuel Martín Merás y D. Fr. Juan Manuel Real, los cuales

pertenecían á la Hermandad de Sufragios Mútuos del Clero, con los números 92, 258, 172 y 233 respectivamente. Los Sócios aplicarán una misa y tres responsos por cada uno de expresados Señores. R. I. P.

---

SALAMANCA: IMP. DE OLIVA.

NECROLOGIA.

Han fallecido los Sres. Presbíteros D. Alonso Martín Mañilo, párroco de Taramas; D. Manuel Davila, que lo era de Sancho de la Sagra; D. Manuel Martín Méris y D. Fr. Juan Manuel Real, los cuales